OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=10211 page 1/2
Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 882
Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.



*Dum cras eſt Prothus deceſſit Rex ludouicus. Anno CCCLXXVII.*
*Sceptra Sigismundi vindex conceptio ſtrinxit. M. CCCC. XXXVII.*
*Peior praga cibis ſcindis hei laſſla Clementis. 1457.*

Fallit annus primus; obiit enim *Ludovicus* I. Rex *Hungariae* anno demum 1382. Feſtum *Proti* eſt 11. *Sept.* ſunt tamen, qui Regis mortem 12. adſignant. Ita quidam *Sigismundum* 9. *Dec.* mortuum ſcribunt, cum Feſtum *Conceptionis* B. V. 8. agatur. De *Ladiſlao Poſthumo* dies et annus recte habent. In poſtica: *Magiſter Johannes de Pewrbach dedit* 1. *flor. Vngar.* Non itaque *Georgius* celeber Mathematicus noſter.

## CCCCXXXIII.

R. 2142 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 41. 8. per duas columnas minute, et priore parte nitide exaratus, rubricisque diſtinctus titulum praefert: *Incipiunt meditationes Bernardi.* Ad oram inferam manus συγχρονος adjecit: *Anno domini M°. C°. XIII°. A conſtitutione domus cyſtercen. XV°. ſeruus dei Bernardus Annos natus XXII. cyſtercium ingreſſus cum ſocijs amplius quam XXX. ſub abbate ſtephano chriſti iugo collum ſubmiſit. Meditationes* ipſas *Bernhardo* detrahit Editio *Opp. Mauriana* T. V. *Pariſ.* 1690. *col.* 319. f. Mirum, quod in Codice praeſenti a *Capite* incipiunt, quod in illa Edit. ultimum eſt: *Dies hominis ſicut umbra ſuper terram* &c. et ultimum eſſe debet propter adjunctam δοξολογιαν: *qui vivit et regnat* &c. Ceterum alia etiam diviſione Capita non XV. ſed XVI. cenſet, et lectione abit, cujus ſpecimen ſit ex eodem Capite:

| Codex | Editio |
|---|---|
| *Exurgat deus et cadat armatus iſte. Cadat et conuertatur. Iniquus homo eſt, contemptor dei, cultor ſui, amicus mundi, ſeruus diaboli. Quid tibi uidetur? Sed recte ſentis, mecum dicis: Reus eſt mortis, crucifigatur. Noli diſſimulare, noli differre, noli parcere, ſed feſtinanter, audacter, inſtanter crucifige hominem hunc, ſed cruce chriſti, in quo eſt ſalus et uita, ad quem ſi ex corde clamaverit crucifixus, audiet benigne reſpondentem: Hodie mecum eris in paradyſo.* | *Exurgat Deus, et cadat armatus iſte: cadat et conteratur inimicus homo, contemptor Dei, cultor ſui, amator mundi, ſervus diaboli. Quid tibi videtur? Si recte ſentis, mecum dices: Reus eſt mortis, crucifigatur. Noli ergo diſſimulare, noli differre, noli parcere: ſed feſtinanter, audacter, inſtanter crucifige hominem iſtum, ſed cruce Chriſti, in qua eſt ſalus, et vita, ad quem ſi ex corde clamaveris, Crucifixus tuus audiet te benigne reſpondens: Hodie mecum eris in paradiſo.* |

II.

2019-07-15

OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=10211 page 2/2
**Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 882**
Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.



II. *fol.* 14. p. 2. Sequuntur Afcetica breviora: 1) *Formula honefte uite*, perperam a *Bernardo Silveftri* ad *Claraevallenfem* translata, et faepe nobis memorata: *Petis a me* &c. 2) continuo adfcriptum, quod *Mauriani* T. *cit. col.* 799. adpellant *Arnulfi de Boeriis Speculum Monachorum*, quod nullo titulo, rubro incipit: *Si quis emendatioris uite defiderio tactus* &c. 3) *De quadruplici morte. De tribus viribus anime. De triplici extafi. De dilectione.* et plura fimilia iis, quae in *Libro Sententiarum* T. *cit. col.* 771. habentur, et fi penitioris indagationis pretium effet, reperirentur in *Hugonis a S. Victore* Operibus.

CCCCXXXIV.

Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 218. f. per duas columnas bene fcriptus, coloribus illuftratus, et prius, ut *fol.* 217. p. 2. notatur: *Monafterij fancte dorothee in wienna*, fequentia includit: I. *Incipit Liber primus exceptionum collectarum de diuerfis opufculis beati Bernardi egregij abbatis Clareuallenf.* Additur in margine: *editus ab epifcopo Zenonen. petro*; nempe *Petro Rogerio*, qui ex Archiep. *Senonenfi Clemens* VI. Pont. Max. fuit; fed reclamant Literatores pro *Guilelmo Tornacenfi*, ut jam dixi *Vol.* I. P. 1. *col.* 1083. et repetam ad Codicem fequentem. In praefenti ante Prologum: R. 3012

*Par eft in verbis odoriferis id opus herbis.*
*Nempe gerit flores Bernhardi nobiliores.*

Prologi initium dabo infra. Hunc excipit Index Capitum L. I. quod etiam per omnes X. Libros obtinet, et fubjicitur:

*Flagrat Bernhardus facer in dictis quafi nardus,*
*Ex quibus hic tractus liber eft in fcripta redactus.*

Lege *id odoriferis*, et *Fragrat. Fol.* 35. p. 2. monet in margine Miniator: *Hic deficiunt decem Capitula, que require in fine auctoritatum de beata virgine*, et reipfa ibi *fol.* 105. p. 2. comparent; pertinent vero ad L. V. inter C. XVII. et XXVIII. ut etiam Editio *Norimb. f. l. et a.* confirmat. Plura ad Codicem fequentem.

II. *fol.* 109. *Incipit liber florum collectus et concinatus de diuerfis libris fummi et imperialis doctoris Auguftini.* Ante Prologum:

*Prologus in verbis exhauftis fonte beato*
*Prefulis aurelij falientis gurgite pleno*
*Sic Auguftinum lector agnofce vocatum*
*Hunc dum facra fides fufcepit fonte renatum.*



2019-07-15